EXENTERATIONIS CADAVERIS

Illuſtriſsimi Cardinalis Borrhomæi Mediolani Archiepiſcopi,

A Io. Baptiſta Carcano Leone, anatomen in Gymnaſio ticinenſi publicè profitente factæ, uerißima, atq; elegantißima enarratio.

EODEM CARCANO AVTORE.

Ad perilluſtrem, et præclariſsimum Virum D. Io. Fontanam Eccleſiæ Maioris Mediolani Archipresbyterum, ac ſede vacante generalem Vicarium Digniſsimum, Dominumq́; meum colendiſsimum.

CVM LICENTIA SVPERIORVM.



MEDIOLANI.
Ex Typographia Michaelis Tini. Ad inſtantiam Petri Tini.
M. D. LXXXIV.

IO. BAPTISTA CARCANVS LEO.

Io. Fontanæ viro Præclarissimo. S. D. P.

QVANTO animi mei mœrore, quantauè tristitia historiam exenterationis cadaueris ILLVSTRISSIMI CARDINALIS Borrhomei T. S. P. Archiepiscopi Mediolani, PASTORIS NOSTRI SANCTISSIMI tibi à me hoc efflagitanti, alijsq́; sim explicaturus, tu, qui immenso iudicio, perspicaci ingenio, demum singulari in omnibus doctrina, ac eruditione maxima præditus es, facilè poteris iudicare. Is.n. fuit, qui suum gregem tantopere amauit, ut eius amore & uires, & corpus suum despexerit, sibi satis esse ratus, si ouium suarum animas proprijs & animi, & corporis laboribus ad cœleste illud gaudium, ad quod nunc ipse peruenisse creditur, perduceret. Quum igitur sic Diuinæ uoluntati placuerit, ut mundanam hanc sedem reliquerit, quumq; Nobilissimi uiri, inter quos, & tu facilè præcipuus haberis curarint, ut eius cadauer exenterarem, nonullaq́; annotatione digna sensui meo se se obtulerint, idcirco me operepretium facturum existimo, si & tibi, & alijs multis noua hæc in eo reperta præsenti mea oratione explicuero, remq́;, qualiter se habuerit, manifestam, atq; perspicuam reddidero; attentè itaq; quæ circa materiam hanc sum dicturus audias, uerissimaq́; omnia hæc esse, animo tuo firmiter teneas.

SI vera eſt Philoſophi ſententia in ſuis Ethicorum libris, quod vnuſquiſq; ſua amat opera; quod nobis exemplo poetarum oſtendit; qui propria poemata perinde ac filios ſupra modum amant, ac quo maiori labore facta ſunt, hæc magis etiam amat vnuſquiſq;, ideoq; & ea magis ſibi exiſtimat eſſe chara; quod & pecuniarum, & matrum præcipuè exemplo nobis explicuit ſuſiſſimè; pecuniarum hoc modo, quando dixerit, qui acquiſiuerunt pecunias, eas magis, quã qui ab alijs acceperunt, amare; Matres verò liberorum ſuorum eſſe amãtiores, cum laborioſior genetatio ſit, magiſq; ſuos filios eſſe ſciant; adde quod ſemper ĩminenti vitæ periculo ipſos pariunt. Si igitur hęc Philoſophi vera eſt ſententia, Quid tibi mirum videri debet vir integerrimè, ac ſapientiſſime, ſi & ego mea mihi chara habenda exiſtimem opera? vtpote quæ magno labore, magnoque animi mei ſtudio mihi, cæteriſq; ſoleam parare, eaq; hactenus ediderim, quorum materia ſi rectè fuerit examinata; Veraciſſima, ideoq; & vtiliſſima; ſi methodus, qua fuerint explicata; ſummo ordine diſpoſita; ſi demum oratio; ab omnibus elegantiſſima ſine liuore fuerit iudicata. Habes in primis duos à me editos libros anatomicos; in quorum altero de quatuor vaſorum circa cor fœtus vnione à nemine ſecundum veritatem, præterquam à me ipſo explicata; in altero verò de muſculis oculi motibus deſeruientibus, prout rei veritas exigit, agitur elegantiſſimè. Habes poſtea librum meum, quem nuperrimè in lucem edidi de vulneribus capitis; in quo quicquid ad huiuſmodi materiam attinet, abſolutiſſimè pertractaui ea ratione, vt nihil magis deſiderari, atq; exoptari valeat. Quod cum ſit, nõne rationi conſonum tibi videri poſſit, ſi mea hæc veluti pretioſa chara mihi cenſeam habenda? certe ſic. Sed nihil mea hæc huiuſmodi; quum aliam nuper nactus ſim occaſionem, qua & tibi, & multis aliis rerum anatomicarum cupidis ſatisfacere, animũque tuum præcipuè abundantiſſimè valeam explere. Hoc autem eſt, quod mihi munus demandatũ ſit exenterandi corpus Illu. Cardinalis Borrhomęi Paſtoris noſtri; in quo quid oculis meis ſeſe ſubiecerit, (quum memoria dignum hoc ſit) tibi propalare decreui. Quod autem in hunc vſq; diem rem huiuſmodi diſtulerim, hoc fuit in cauſa; quod cernerem ego multos hac de re loqui eſſe paratos non alia ratione, quam ſi pſitaci, ac graculi quidam in hac materia recenſenda forent habendi, quũ alij epiſtoliis, alij carminibus, alii declamationibus publicis ſuas declarent cantilenas. Omitto quod rem hanc à pedagogis quibuſdam ita video tractatam, vt riſum continere nequeam, cum in ſua hæc legẽda animum meum intendam. Mirum namque mihi videtur, quod omnes ſenſus in his ſuis obiectis contenti eſſe videantur, præterquam ſenſus olfactus; quo tantùm materiam hanc olfacere auſi

ſunt

unt, vt nõmodo quod tali sensui satis fuit, olfacere tentarint, verùm, & qui imperfectissimus omnium sensuum in homine est, vti facilè testatur philosophus in suis de anima libris, eum omnium sensuum perfectissimum habere voluerint, ideoque suis olfactibus quæ non deberent; olfacere adnisi sint. Tanta.n.quorundam fuit arrogantia, tanta ineptitudo, & ignorantia vt quæ in hoc cadauere non reperta fuere, hæc in eo contenta esse dixerint, quæ autem contenta sunt, tanquam non fuerint in eo subticuerint. Adde, quod & male ab his fuit factum, cum nasuti existentes olfactui tantùm nõ autem visui (prout debebant) inseruire voluerint. Ne autem ampliùs te suspensum teneam, cumque te mihi inhiantem videam, iam tempus exigere videtur, vt ad opus meum explicandum me ipsum accingam. Audias.

Iã fermè tertia noctis enumerabatur hora, quarti Nouẽbris diei Dominici, anno à Christo nato. 1584. quando à medicis labribus quiescens ego, & ab aliis omnibus curis longè remotus in studiorum meorum loco existens, ac studiis meis philosophicis (prout mei moris est) incumbens, quibus & tunc temporis valde eram intentus, magnum adeo strepitum audiui, vt veluti à terremotu perculsus ego vna cum mea familiola totus ferè stupidus, ac in meipso veluti attonitus eorum more, qui magnæ rei alicuius admiratione detenti videntur esse attoniti, remanserim. Ecce .n. calcibus, & claua (nescio an lignea, vel ferrea) domus meæ fores a Paulo Gotio Viro multum Reueren. D. Vicarij ab epistolis clarissimo pulsatæ adeo fuere, vt quis eas, & domum vniuersam vnà veluti deijectas, ac funditus euersas credidisset; audiunt ingentem factã pulsationẽ domestici. accurrit mihi fidissimus seruus, Baptista Guidus, ac valuas aperiens, perq; cancellos ligneos fenestræ appositos magnũ hominũ munerũ aspiciens ad me conuersus dixit, VAH, quã magna hominũ turba domum nostram circumuenit Here mi dulcissime? Cui dixi, ne dubites, alacriter descende, & quid hoc sibi velit, diligẽter percõtare; is vti mihi semper inseruire promptus statim descendit, gradum accelerat; ac priusquam ianuã aperiat, quid hoc sit, quidque sibi uelint, diligentissimè inquirit. Pro responso, se seruos esse Illustrissimi Cardinalis, dominumque se alloqui uelle, non erubescunt dicere; reserat fores seruus; ingrediuntur ratione ea multis, & magnis cæreis accensis, vt aer quamuis tenebrosus veluti meridiana luce sit factus fulgentissimus. Sciscitans ab eis ego, quid sibi vellet hominũ hic concursus, ipsi respondẽt me cùm à multis Nobilibus viris, tùm verò ab Illustri Viro D. Ioanne Fontana Archiepiscopi Generali Vicario, accersiri, quo Cadauer Ill. Cardinalis exẽterarẽ, eaq; ratione ipsum tractarẽ, vt à corruptione, quantũ fieri possit præseruarem. Statim ego acerbissimo hoc nuutio animo meo cõsternatus, & grauissimo mœrore sum affectus. Vt itaq; tanti viri imperio parerem

rem

rem illico me ipsum in locum, in quo cadauer erat repositum cum maximo hominum comitatu me contuli; Positum autem erat cadauer in sacello loci Archiepiscopatus, quod prædictus Cardinalis construendum, oratoriumque dicendum esse curarat. Eo in loco ita præparatum erat cadauer, vt ĩ feretro nouo magno ornatu succincto, ac multis veluti gradibus circumquaque eleuato contineretur; Hic aderant multa luminaria, multi quoque aderant curiales presbyteri, qui genibus flexis ac multis lachrymis pro defuncti anima supplices Deum deprecabantur. Iubeo ut cadauer deferatur, in aliumque locum illi propinquum transferatur; ponitur statim super longiorem, latioremque asserem; ipsum cadauer sacris, quibus indutum erat, vestimentis exuendum curo; deinde materia cadaueris præseruatiua prius præparata, me ipsum magna tamen affectus mœstitia ad opus obeundum, accinxi. CVLTELLO itaq; nouo, quoq; nullũ aliud corpus secueram, ipsius abdomen, ventremq; inferiorem secui sic, ut à xiphoide, hoc est ensiformi, & mucronata chartilagine dicta ad regionẽ vsq; pectiuis, postea transuersim ad partes laterales eas, quæ vacua & cæneonas græci solent nuncupare, sectiones voluerim esse factas. Quæ mihi in consideratione venere, hęc fuere. PRIMO videre erat veluti sceletum, cuius ossa pelle tantum essent colligata, adeo corpus erat emaciatum; SECANTI mihi abdomem a græcis epigastrium dictum nulla mihi sese obtulit pinguedinis nota; quod mirum mihi ualde visum est: quando in cæteris, quæ secui corporibus quãuis emaciatis semper vestigium aliquod pinguedinis mihi sese obtulerit, quam pinguedinẽ multoties in corporibus obęsis, & præpinguibus tantę crassitici animaduerti; vt quatuor manus digitorum inuicem appositorum magnitudinem latitudinemuè ęquare conspexerim vti superiori anno in Nobilissimo D. Antonio Raudensi, nec non in quadã Nobilissima muliere ex veneni suspicione mortua, eoq; à me secta manifestò intuitus sum. MVSCVLOS postea abdominis ualde graciles factos aduerti, ac inter alios musculos rectos dictos, qui sicuti alijs longiores, & angustiores, ita & reliquis abdominis musculis crassiores esse solent. Secto abdomine, discissoq; peritonæo, naturalia omnia diligentissimè examinaui, atq; imprimis omentum, deinde ventriculum, & intestina, postmodum hepar, & lieuem, vltimo loco renes, & vesicam; Quantum ad omentum, hoc adeo sub ventriculo erat contractum ea regione scilicet qua suturæ instar, vti rectissimè censet Aris. eius superior membrana exoritur, vt primo intuitu partem hanc à natura necessariò genitam in hoc cadauere defuisse crediderim; quod eo magis verissimile mihi visum est, cum nullum adipis vestigium (cuius magna copia solet esse refertum) in eo apparuerit, verum solummodo membranæ, quibus efformari solet, panni cuiusdam laceri instar in seipso conuoluti inuicem conuolutę cernerentur; attollens autem

Quo genere instrumenti sectionem tentarit autor.

Que secãti occurerint

Nulla pinguedo in abdomine.

abdominis musculi quomodo reperti.

Omentũ quomodo se habuerit.

ventricu-

ventriculum,omentumq; manibus apprehendens veluti tenuem quandā membranam,atq; hanc exiguam;omni ad ipis genere destitutam vidi neque id mirum,quando ob lōgas, quas libentissimè patiebatur inedias, ea deerat materia ex qua adeps,& pinguendo solent generari à natura; quæ est secundum Galeni sententiam sanguis oleaginosus dictus;secundum autem Arist.in suis de partibus animalium libris,est sanguis bene coctus;qui tamen idem est cum materia à Galeno assignata;quæ materia, seu qui sanguis oleaginosus dictus cadens super membranas refrigeratur,refrigeratus aut concrescit,& sic in pinguedinem uertitur. VENTRICVLVM deinde aggressus sum,& nihil cibi in eo contentum sed flatu solummodo eū vidi esse repletum, eius postea partem internam examinans multas veluti vesiculas in ea vidi esse contentas,præcipuè circa orificium superius ventriculi,è quibus gladiolo sectis flatus solummodo est egressus; ex quo ventriculum male habitum fuisse recta ratione censui;quando superficies interna interioris tunicæ ventriculi in naturaliter se habentibus læuis sit, & lubrica,præterquam quod substantia illa uillosa ac oloserico similis facta in ea habeatur. INTESTINA adeo erant constricta,ut nullo eo penè fungi viderentur munere, ad quod natura præcipuè ea solet destinare;hoc autem est,vt ad chimi faciant distributionem, ac inter ea crassiora præcipuè vacua,inter quæ colon dictum,& rectum dictum intestinum; in quib. cū semper aliquid fecalis excrementi contineri soleat hac ratione,cum veluti saccus quidam hæc crassiora dicta cæteris subijciantur,quo in eis crassiora excrementa diutius asseruari possint,ne continue egeramus,non autem solum ad distributionem,vti gracilia sint instituta;mirum inquam mihi visū est,quod non modo in gracilibus,verum ne in his quidem tantillum excrementi viderim asseruatum. IECVR in dextra corporis regione pro maiori parte collocatum,& sanguinis officinam dictum manibus contrectaui; cuius partem superiorem vniuersam,quæ & conuexa dicitur & gibbosa,sanā atque integram cognoui,sicuti ex colore,& eius substātia adiudicaui,pars ea autem quæ dicitur sima seu,concaua,tota ferè erat corrupta,ac maxime regione ea,in qua habetur cistis dicta felea,& ea maxime parte, ex qua vena portæ stelechiea græcis dicta exoritur,hec.n.pars iecinoris erat nigricās sectaq; mihi visa est flacida, secus quam alia iecoris substantia. LIENEM exinde perpendens ipsum præter naturaliter habere ex tribus mihi facile fuit iudicare,primò ex eius magna,qua excedebat mole, Secundo ex eius colore,quā par esset,atriore;Tertio ex eius substantia in sanguinem veluti coagulatum statim versa adeo, vt quando eum manibus contentum habuerim,non substantiam æqualem, & sua tunica succinctam, vti in aliis cernere est,verum in sanguinem atrum, ac pulticulæ cuiusdam crassiusculæ instar concrétum per intermedia digitorum excidere conspexerim;vnde

pinguedinis materia & qua ratione fiat

ventriculus quomodo

Intestina qualia. Gracilium munus. Crassiorum munus.

Iècoris pars corrupta q̃,

Quibus censuerit rationib. autor lienē esse corruptū.

de & integrum ipſum lienem in uaſe,quod rei huiuſce gratia erat paratum aſſeruare minimè valuerim; ex quo conijeci lienem non modo eſſe male affectum, ſed & ferè eſſe corruptum;qua operatione etiam cognitu fuit facillimum,quid Erasitratus per parenchyma, quaſi diças ſanguinis affuſionem intelligere voluetit.RENES poſtea examinans neq; hos naturales eſſe facile affirmaui;quando & eorum ſubſtantia non ea duritie mihi prędita eſt viſa, qua remū caro(vt pote quę parum diſcrepet in duritie à cordis ſubſtantia)conſtare videtur,& multa veluti tubercula in eorum externa ſuperficie haberentur ita,ut naturalis ea,quæ in ſuperficie externa cerni ſolet lubricitas,& læuitas minimè fuerit conſpecta;Vnde & hos male affectos cenſui, VESICAE deinde ſectionem ſum aggreſſus, hæc erat magna locij copia repleta adeo,vt quando eam pupugerim illico tantum vrinæ effluxerit, quantum urcei communis capacitas continere potuiſſet;atq; hæc circa naturalia. SPIRITALIA demum aggrediens, atq; os pectoris græcis ſternon dictum ea regione ſecans,qua coſtæ in chartilagines incipiunt deſinere , ipſum euerti, ac ſtatim ſitum pulmonis,cordis, atq; ipſius thecę pericardij nomine donatæ a ſtantibus oſtendens,quam affabre pulmonis lobi ceu digitis quibuſdam cor ipſum amplexarētur,ipſis uolui indicatū. CIRCA PVLMONEM nihil annotatione dignum mihi fuit viſum; ſiquidem &in colore,& in ſubſtantia ipſum naturalem adiudicaui;prętterquam quod magna aeris attracti copia ipſum turgidum cōſpexerim. PERICARDium integrum,ſicuti & pauculam aquam in eo contentam, vti & in omnibus mortuis ſolet,animaduerti;quæ num fiat ex ſpirituum reſolutione, vti communiter creditur ab anatomicornm fece,uel neceſſariò etiā in viuentibus(quod & rationi conſonum mihi videtur)habeatur,ne cor à iugi, & continuo indefeſſoq; naturali ſuo motu agitatum fortaſſis exiccetur, ſuo loco in publicis anatomis dicetur,ſicuti multoties & in theatro in Gymnaſio meo ticinenſi auditoribus meis explicare ſum ſolitus. Nam locus hic non requirit,ut de his exquiſitiſſime loquamur;ſed ſuperficie tenus neceſſitate acti de his verba faciamus. COR VLTIMO loco manu ſiniſtra apprehendens,ac fixis oculis,palpebriſq reſeratis,ac nuſquam nutantibus intuens ſtatim in lachrymas profuſus veluti à corde meo ad oculos tanta aquę copia fuit delata,vt veluti duo fluuij , rectius autem dixerim duo lachrymarum torrentes in me ſint facti;ſtatimq; prorumpens,ac non amplius me ipſum continere valēs, ipſum ſic ſum alloquutus.FIERI ne poteſt,ut eo impietatis progrediar,vt te diſſecem, ferroq; veluti reliquas cadaueris partes dilaniem?nequaquā,abſit tanta inhumanitas, abſit tanta feritas,longè demum abſit tanta impietas.Te ne,COR MEVM,quin potius cor omnium,cum omnibus non dixerim Mediolanenſibus,verū omnibus chriſticolis uires ſuppeditare ſoleres, diſſecare audebo?Quid ſi ſol ambientem

Renum hiſtoria

in ueſica quanta vrinę copia

Spiritalium examen.

Quales fuerint pulmones.

Pericardiū quale.

Quæ circa cor facta ſint ab autore.

Oratio ab autore erga cor habita.

B rem

tem ex ſe tenebroſum,& opacum exiſtentem illuminans ipſum pellucidũ. ac traſparentem efficit,radijſq́ ſuis omnibus in mundo exiſtentibus vitã,eſſeuè conciliat,non ne ex te & per te tanquam nouo ſole tuæ Diœceſi vita ſuit conciliata?quando ex te tales ad eam ſpiritus ſpirati fuerint vitales, vt ſicuti ex omnium corde ſpiritus uitales per vniuerſum corpus demandantur,quibus ipſę recreentur,refocillentur,demumq; ex eis vitam habeant, ita ex te tanquam nouo ſole radij ſpirituales fuerint ſpirati, qui vniuerſam tuam Diœceſim illuminarint, eamque multis in locis veluti frigefactam, ac minuſquã tepid ãita calfactam reddiderint, vt multi & ſtilum mutare, ſeq; à pecatis corrigere,demum nouum hominẽ induere ſint coacti.Quid ſi & heretici tui lumine neceſſitate acti te colere,& venerari,fidemq́; noſtram catholicam tanquam veriſſimam re uera fateri ſint coacti?O magnũ vitæ noſtræ exemplar,O magnum chriſtiane uitæ ſpeculum,quis vnquam de te COR MEVM ſufficientem orationem habere poterit? quę oratio melliflua,quę dicendi copia,atq; facundia in hominum ore vnquam poterit eſſe?Tu ſanctitatis idea,tu typus,atq, chriſtianorũ fuiſti corona. Nos miſeros,cum vitam vitæ noſtræ amiſerimus; vbi ſunt iam motus illi feruẽtiſſimi,cor meum,à quibus ceu lampadũ ſemper accenſarũ, luminibus ſẽper agitatus tuam, noſtramq́; eccleſiam commouebas,eamque nunquam immotam eſſe ſinebas?nunc ieiunijs longiſſimis,nunc auſteris diſciplinis, nunc cilicio,nunc diurnis,nunc nocturnis orationibus ſummum præbens exemplum;Nos iterum miſeros,vbi Paſtor noſter,qui tam ſuaui doctrinæ ſuæ cibo nos paſcere valeat?veluti oues diſperſæ verè dici poſſumus; Vbi nunc ſanctitatis,exemplar?in quo veluti per ſpeculum uitæ noſtræ ueriſſimam effigiem videre poſſimus?Non habeo, quod de te ampliùs, poſſim dicere COR MEVM;Sic placuit altiſſimo, vt vita huius mundi priuareris; & hoc optima ratione,quando mundus minimè dignus eſſet,vt te reciperet;Magnum quidem hoc omnibus Chriſti fidelibus præcipuè nobis Mediolanenſibus,fuit flagellum; magna hæc fuit iactura magna calamitas, atque miſeria;Quid.n.miſerabilius,quàm priùs tantæ ſanctitatis paſtorem nos habuiſſe,nunc autem eo deſtitutos eſſe?ideoq; tanquam oues diſperſas huc atque illuç vagari,ſine duce?Interim Deũ ſupplicabimus, vt SVMMVM SANCTISSIMVMQVE NOSTRVM PONTIFICEM inſpiret,vt vt alium talem huic noſtro ſubſtitutum eligat,qui ſi non tanta vitæ ſanctitate,ſaltem ea,quæ pro virili fieri poterit;tanto ſuo prædeceſſori poſſit æquiparari;hæc loquens cum magna riuerentia ipſum depoſui. ipſiuſq; magnitudinem,ipſum non ampliùs tangens examinaui;Neque.n.cor prægrãde erat, ſicuti quidam in ſuo epiſtolio falſo eſſe dixit, qui neque ſectioni aſtitit,neque ab aliis relata rectè fortaſsis intellexit, ſed hoc potiùs animo ſuo confinxit;COR itaque mediocris fuit magnitudinis; & hoc optima ra

tione,

tione, quando ſicuti mediocritatem in omnibus ſeruauit (incredibile fortaſſis videbitur) ita & cor mediocre iure eſſe debuit. Si etenim de moralibus loqui voluerimus virtutibus, ipſe fuit temperantiſſimus, nec non & liberaliſſimus, in omnibus quidem ipſe fuit temperans, at in his præcipue quę ad victum, & rem veneream videntur attinere, ita vt ab omnibus credatur, ſicuti in uictu parciſſimus, ita & in re venerea caſtiſſimus extitiſſe: liberalis poſtmodum adeo fuit, vt eos, qui ipſi inſeruiebant, liberaliſſimè voluerit eſſe remuneratos. Tacebo magnam erga pauperes benignitatem, miſericordiam, & charitatem; quibus tempore peſtis inflammatus fuit adeo, vt quæcunque in domo ſua haberet pauperibus dono dederit, vixque ipſe haberet, quibus ſeſe miſerè induere poſſet, adeo. n. rem pecuniariam flocifaciebat, vt eam per nihilo ipſe haberet. De eius poſtea erga ſacras ædes ſuas Metropolitanas liberalitate, quis vnquã eius erga illas liberalitatem, atq; munificentiam poſſit enarrare? quibus & periſtromata ſericea, atque auro intertexta quibus ipſe poſſent exornari, ac infinita vaſa argentea, aureaque voluit eſſe largita, atque dono data. Si poſtea loqui voluerimus de virtutibus intellectualibus, quas Ariſt. in primo Eth. credit eſſe ueluti ſapiẽtiam, perſpicaciam, prudentiam, &c. quis vnquam temporibus noſtris prudentior? quis vnquam viſus eſt ſapientior; in contemplatiua ſiquidem mirabilis erat adeo, vt ſi felicitas in ea ſicuti placuit Ariſt. in Ethicis ſit collocanda, verè in noſtro hoc Paſtore habita ſit dicenda. De actiua quid dicemus? in qua rectè adeo ſeſe gerebat, vt prudentiam ſuam in omnibus ſemper exercens omnium prudentiſſimus ab omnibus ſemper fuerit iudicatus. Cum autem circa multa contemplatio eſſe poſſit, ſi de diuina ea contemplatione, quæ in hoc conſiſtit, vt diuina fruamur viſione, in qua & vera conſiſtit fœlicitas, quod facile fiet, SI CHRISTI Saluatoris noſtri pręcepta ſeruauerimus; quis magis huic contemplationi fuit deditus, ad quam ſemper ita fuit, propenſus, vt cum iam langueret Varalli exiſtens nullis laboribus nulliſque perpecerit vigiliis, ſed ſemper diu noctuque euigilans in ſacellis CHRISTI Saluatoris noſtri paſſionis animo ſuo meditationes exercebat. Male igitur qui cor prægrande eum dixerunt habere. Quod ipſis ſi non ſẽſu, ſaltem rationibus facilè manifeſtum atq; perſpicuum eſſe debebat; Iſti quidem manifeſto oſtendunt ſe philoſophicis rationibus eſſe deſtitutos.

Nam ſi uera eſt philoſophi ſententia in tertio de par. animalium de cordis ſubſtantia, duritie ſcilicet & mollitie, ſicuti, & de cordis amplitudine & exiguitate, quod ſcilicet ad mores pertinent; & quod qui habent cor durum, & ſpiſſum ſenſu hebeti ſunt, qui autem habent mollius ſenſu magis valẽt; addidit philoſophus quòd (benè aduertas) qui habent cor grandius pauida ſunt; quibus minus cor eſt, aut mediocre, hæc ſunt audatiora, atq; fidentiora; Cur inquam, ſi vera eſt hæc philoſophi ſententia, (ptout eam ego veriſſi

 mam

nam esse censeo) dicere debemus ipsum, vti iste (parum tamen recta ratione) Cor prægrande habuisse? Cum nullum vnquã uiderim ego ad actiones suas obeundas prõptiorem, minusque in periculis sibi oblatis pauidũ atque timorosum; vti ex duobus inter multa alia exemplis cuiq; facile constare potest. Quorum alterum est, dum ei mors manuario tormento sclopeto dicto à malignis quibusdam, & veluti sicarijs domesticis procuraretur; à cuius maximo strepitu nullo timore correptus semper permansit intrepidus; alterum fuit, quod sese voluntariè ad sectam contulit hereticam; à quà (quamuis diuino nutu secus euenerit) facillimum erat credere, quod & ipsum, & eos qui cum ipso erant (inter quos erat multùm Reueren. & à me nunquam satis laudatus Pater Franciscus Panicarola concionator disertissimus, & multum Reueren. Pater D. Achilles Collegii Diui Fidelis Mediolani Venerabilis societatis IESV præfectus dignissimus) trucidassent, ad nihilumque eorum corpora redegissent. Quid igitur, qui asseris ipsum habuisse cor prægrande, tibi ne uidetur, ipsum inter alios hæc præclara adeo exequi potuisse? sunt ne hæc opera prægrandis, ex consequenti pauidi cordis; Valeat itaque ratio hęc ceu omnino falsa, redicula, ac prorsus erronea. Priusquam.n.hęc iste scriptis mandaret, me in arte peritum, meque qui iã eius partes diligentissimè examinaram, consulere debebat; quod cum ab ipso minimè factum sit, nil mirum, si in absurda hęc inciderit. Et quoniam sciolus aliquis pertinaciter contendens (vt omnibus occurram obiectionibus) dicere posset, quomodo is qui panem solummodo comedebat, & aquam tantummodo bibebat, tantum caloris habere poterat, à quo promptę adeo actiones perfici possent? cum philosophus in loco præallegato magnarum adeo operationum causam efficientem reducere videatur in magnum calorem, cum dicat in magno corde calorem exolescere, in exiguo magis contineri; huic respondeo, (quamuis responso minimè dignum hoc sit, vtpote quod quærere hoc, est Dei negare potentiam) respondeo inquã hoc pacto, quid ais omnium ineptissime? tibi ne videtur esse rationi consonum, quod mundana cœlestibus, humana spiritualibus comparari debeãt? legistin vnquam apud sapientiam diuinam, imò apud Deũ ipsum, quod non in solo pane vicuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei? Quid igitur miraris, quod Pastor iste noster cœlesti pane nutritus (quo & quot die nutriebatur) magnum, & feruentissimum calorem haberet, ex quo postmodum hęc, quæ perficiebat, & maiora quoque perficere posset. Audistin, quę Excellentissimus & nulli in concionandi modo, & genere secundus Panicarola dixerit die Dominico proximè præterito, (qui fuit 18. dies mensis huius Nouembris) in templo maiori dum concionaretur, de manna, qua quadraginta annis hębręum populum Deus omnipotens sustẽtauit? Is si quidem tanta eloquentia tanto dicendi ornatu, & facundiarem

hanc

hanc explicuit, vt nihil dulcius, nihil ſuauius, nihil gratius nihil demum vtilius eſse poſſit, manna dixit ipſe panis fuit cœleſtis omni ſapore præditus, tantoque robore donatus, vt nullo alio cibo indigeret populus iſte; quid putatis vos de pane hoc cęleſti? noue inquit, pluſquam mannā habetis à Deo vobis traditam? quæ eſt altaris ſanctiſſima Euchariſtia? ex cuius ſumptione corroborati non modo ſicuti hebręi quadraginta annis tantùm ſuſtentari verùm & mille annorum iter validiſſime vos poteritis percurrere. Ecce igitur, quod genus nutrimenti aſſumat ſpiritualis, quo corroboratus: veluti, & PROPHETA ILLE pane ſubcineritio longum iter percurrere, & heroicas actiones poſſit perficere; ſicuti & Paſtor noſter perfecit, & noſtrum vniuſquiſque eius veſtigia ęmulans indubie poterit perficere. COR quidem igitur quo ad ſubſtantiam & magnitudinem fuit mediocre, nullaque labe detentum, ſed integrum, ac omni ſpecie ſanitatis affectum. Quo ad operationes fuit ingentiſſimum, ampliſſimum, & veluti mare vaſtiſsimum iure dici poteſt; atq; hęc habui, quæ de corde diſſererem. Exempto corde unà cū pulmone, atq; his in vaſe repoſitis, ſtatim vniuerſam cauitatem thoracis, & ventris inferioris aceto acerrimo ſpongia abſorpto ſemel atq; iterum ablui; poſtmodum aqua uite dicta eaſdemmet reſperſi; aloeq;, mirra, & thure puluerizatis, atq; inſimul miſtis cauitates eaſdem copioſiſsimè refarſi; poſtea panni raſura, cauitates ipſas repleui. His peractis acubus nouis (quas memoriæ gratia, vuà cum cultello, & fili, quo vſus ſum, portione mihi aſſeruo, neq; eo aliud cadauer ſecabitur, ſicuti neq; hiſce acubus alia cadauera conſuentur) & filo nouo eius cutem conſui, vittiſq; pice intinctis ſectiones à me factas picatas eſſe volui, atq, contectas; iterum ijſdem, quibus priùs erat indutus, ſacris veſtimentis fuit ornatus; atque tranſactis tribus circiter diebus ſolennibus factis funeralibus ab ędibus Archiepiſcopalibus cū magno totius populi doloroſo clamore, atq; incredibili eiuſdem ploratu ad tēplum metropolitanum fuit translatum, in quo prope gradùs chori honorificentiſſimè fuit ſepultum cum maximo totius populi conuentu; priùs tamen habita luculentiſsima, elegantiſsimaq; funebri oratione à M. REVE. PATRE FRANCISCO PANICAROLA conciue noſtro Nobiliſsimo, atq; vnà Doctiſsimo, moribuſq; probatiſsimo, adeo vt ſi verum mihi dicere, ac quod animo meo reſidet, fas ſit explicare, dicerem audacter ipſum eſſe dignum, qui nonmodo ad epiſcopalem dignitatem eligeretur, verū qui ad Cardinalatus gradum eueheretur. Faxit itaq; Deus ut hoc & meritis ſuis dignum, & noſtri populi beneficio acceptum opus adimpleatur.

que fecerit autor pro cadaueris præſeruatione.

FINIS.